AUGUSTINUS
Österreich (Admont ?), 2. Hälfte 12. Jh. Seite 160r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26045
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Ego inquit uado et queritis me. non desiderio sed odio. Nam illum postea quam
abscessit ab oculis hominum inquisierunt. et quoderunt. et quamabant.
illi persequendo. illi habere cupiendo. In psalmis ait ipse dominus per prophetam.
perit fuga a me. et non est qui requirat animam meam. et iterum ait alio lo
co in psalmo. confundantur et reuereantur requirentes animam meam. Culpa
uit. qui non requirerent. damnauit qui requirerent. Malum est enim non querere a
nimam xpi. sed quomodo eam discipuli quesierunt. et malum est querere animam xpi.
sed quomodo eam iudei quesierunt. Illi enim ut haberent. illi ut perderent. Denique
isti qui sic querebant more malo. corde perverso. quid secutus adiunxit. Que
ritis me. Et ne putetis quia bene me queritis. in peccato uestro mori
emini. Hoc est xpm male querere. in peccato suo mori. Hoc est illum o
disse. per quem solum posset saluus esse. Cum enim homines quorum spes in deo est
non debeant mala reddere nec pro malis. reddebant isti mala pro bo
nis. Prenuntiauit ergo illis dominus dixitque sententiam. prescius quod in suo pec
cato morerentur. Deinde adiungit. Quo ego uado. uos non potes
tis uenire. Hoc et discipulis alio loco dixit. nec tamen eis dixit. in pec
cato uestro moriemini. Quid autem dixit. quod et istis. Quo ego uado. uos
non potestis uenire. Non abstulit spem. sed prodixit dilationem. Quando
enim hoc discipulis dominus loquebatur tunc non poterant uenire quo ille ibat.
sed postea uenturi erant. isti autem nunquam quibus prescius dixit. in peccato
uestro moriemini. His autem auditis uerbis quomodo solent carnea cogi
tantes. et secundum carnem iudicantes. et totum carnaliter audientes.
atque sapientes dixerunt. Numquid interficiet semet ipsum. quia dicit. quo
ego uado uos non potestis uenire. Stulta uerba. et omnino insi
pientie plena. Quid enim. Non poterant illo uenire. quo ille per
rexisset si interficeret semet ipsum. Numquid non ipsi erant moritu
ri. Quid est ergo. numquid interficiet semet ipsum. quia dixit. quo ego uado
uos non potestis uenire. Si de morte hominis diceret. quis ho
mo non moritur. Ergo quo ego uado dixit. non quo itur ad mortem. sed quo
ibat ipse per mortem. Illi itaque non intelligentes ista responderunt.
Et dominus ad eos qui terram sapiebant quid ait. Et dicebat eis. Vos de
deorsum estis. Ideo terram sapitis. quia sicut serpens terram manducatis.
Quid est terram manducatis. Terrenis pascimini. terrenis delec
tamini. terrenis inhiatis. sursum cor non habetis. Vos de deorsum
estis. ego de supernis sum. Vos de mundo hoc estis. ego non sum